



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Materia, & eius vsus apud Oratores. Capvt XLIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Quæ, vt in maioris mundi constitutione concurrerunt, sic, & ad res omnes, quas in hoc vniuerso cernimus, producendas, mirabili virtute transfunduntur.

Prima ab æterno. exiit causa efficiens, DEVS, opifex Vniuersi, quem in Antorem transformatum, cum mundum creare vellet, non in scire finxit Pherecydes, quod hæc reru productio permagnum sit amoris diuini argumentum. Creationem autem inchoauit à rudi, inertique rerum congerie, quam Chaos antiqui nominarunt, hæc deinde digessit, & omni ornamentorum genere mirifice locupletauit; Quod autem per istud Chaos, nihil aliud Orpheus, & Hesiodus intellexerint, quã vetustissimum limum ex terra, & aqua; Ex quo æterno res omnes eductæ sint declarat. Atheagoras Philolophus Christianus.

ad Henag. in Apolog.

Ἡν γὰρ ὑδάτος, inquit, ἀρχὴ κατ' αὐτόμ. τοῖς ὅλοις ἀπὸ τῆς ὕδατος ἰλὸς κατέστη;

Materiam rudem, & informem, variæ potestæ, & multiplices formæ, in eius veluti gremium transfusa, Dei ita volentis arbitrio admirabili pulchritudine collustrarunt. Deinde omnia in vnius hominis vtilitatem, & decus, suauis conditoris prouidentia, tanquam in finem directa, atque constituta sunt.

Aristot. 2. Physic. c. 3. Cicero in Top. c. 8.

Hæc, vt in Vniuersi molitione clariùs licet intueri, sic etiam in rebus singulis perspiciuntur, quæ ex his ferme quatuor causis compositæ sunt, atque constata. Ex quo plurimum ad probandum, & ornandum valent, vt in singulis plenius ostendam.

Causa in genere illud est, quod effectum per se producit, ad cuius productionem, cum materia, forma, efficiens, & finis. vario modo influant, merito omnes causæ nomine censentur.

Materia, & eius vsus apud Oratores.

CAPVT XLIV.

Materia igitur est, ex qua res sunt, quam Aristoteles libro 1. Physicorū nominat. πρῶτον ὑποκείμενον ἃ ὁ γίνεται τι ἐκὸ πάρχοντι ὁ μὴ κατὰ συμβεβηκός; quanquã de materia prima loquitur. φυσικώτερον. Cōstat enim ex Physicis aliam materiam esse primam, aliam secundam; aliam proximam, ali-

am remotam; aliam permanentem, aliam transseuntem, & cæc. huiusmodi.

Prima est illa proprie, quæ primum subiectum nominatur, quæ formam accipit, nec ipsa formam habet, quam Synecius hymno primo τρώκη τῆν κόσμος fecem mundi nominat.

Sines. hym. 1.

Materia remota sunt V. G. ligna in sylua, ratione habita domus extruendæ, eadem iam recisa, affabrefacta, & dedolata, in proximam materiam cedunt.

Permanens denique est, quæ in re effecta manet, vt aurum in statua.

Transiens, quæ transit in aliud, vt farina & aqua in panem. Sed omisiss istis, quæ Physicorum sunt propria, huius causæ apud Oratores vsus tradendus est. Illi igitur mittentes hanc nimis plerumque subtilem primæ materiæ inuestigationem materiam tum naturalem, vt in corpore humano, tum etiam arte signatam, vt in manufactis sapissimè considerant, & inde in compositum eliciunt argumenta. Lactantius mundum, & factum esse, & corrumpi posse probat ex eo, quod tali materia sit constatus, quæ mutationi subiaceat.

Vsus argumenti à materia. Lactant. 1. 10. 6. 9.

Materia verò semper fuisse non potest, quia mutationem non caperet, si fuisset. Quod enim semper fuit, semper esse non desinit, & vnde absint principium, abesse hinc etiam finem necesse est. Quin etiam facilius est, vt id quod habuit initium, sine careat, quam vt habeat finem, quod initio caruit.

Materia ergo, si facta non est, nec fieri ex ea quicquam potest, si fieri ex ea non potest, nec materia quidem erit. Materia est enim, ex qua aliquid fit. Omne autè quod fit, quia recipit opificis manum, destruitur, & aliud esse incipit. Ergo, quoniam finem habuit materia, tum cum factus est ex ea mundus, & initium quoque habuit.

D. Ambrosii. Hexamer. 1. c. 3.

Diuus Ambrosius in Hexamero à materia quoque naturali aquæ sic ducit argumenta.

(Videmus pleramque exire nubes de montibus. Quæro vtrum de terra ascēdat aqua, an ea, quæ super cælos est, largo imbri descendat. Si ascendit, virique contra naturam est, vt ascēdat in superiora, quæ grauior est, & portetur aere, cum aer subitior sit. Aut si conciti orbis totius motu rapitur aqua, sicut imo orbe rapitur, ita summo diffunditur.)

Vsus materia in materia.

In manufactis satis commune est à materia ducere laudis argumentum. Sic mensam ab Imperatore Iustiniano in templo sanctæ

Mirabil. 1. 2. 3.

materia mē Sophiae dedicatam laudat Cedrenus. (Mensam inquit) Iustinianus Imperator fieri iussit, opus imitatione nulla æquandum. Constabat vero auro, argento, omnisque generis lapidibus, lignis, metallis, omnibusque rebus, quas, & terra fert, & mare, & uniuersus mundus. Ex omni enim materia pretiosa plura, ex viliori pauciora collegerat, liquatisque his quæ fluunt, sicca illis immiscerat, atque in formam mensæ absoluerat. Itaque varium illud opus intuentibus stuporem conciebat.)

Hegeſipp in anacorp. h. i. stria. Similiter Hegeſippus in illa stebili monodia, pulchritudinem Solymæ commendans.

(Vbi, inquam, es ciuitas referta populis, venerabilis regibus, acceptabilis Deo, gratiæ sedes: Pavimenta tua de marmore, parietes tui fulgentes marmore, portæ tuæ micantes auro, aliæ argento nitentes.)

Si res, quæ commendatur vilioris sit materia, formæ verò præstantioris, omiſſa materia, forma ipsa commendari solet.

Etiã gloriosum in Deo, Angelis, & anima humana negare materiam, quæ nulla est, Sic D. Ambrosius.

Negatio materia facta ad laudē D. Amb. l. 6. cap. 7. (Quis hoc dicit: nonne Deus, qui te fecit? Quid est Deus: estne caro, an spiritus? non caro utique, sed spiritus. Cuius similis caro esse non potest, quia ipse incorporatus, & inuisibilis est, caro autem comprehenditur, & videtur.)

Ad hanc quoque causam referuntur scientiarum obiecta, à quibus ipsius, quæ est in scientia dignitatis, sumitur argumentum, ut notat Aristoteles analytic. post. lib. 1. capite. 24.

De causa efficiente.

CAPVT XLV.

Causa efficiens vna est, quæ latissimum dicendi campum suggerit, & non tam verbis, quam rebus fecundam sustentat eloquentiam.

Hanc in multiplices ramos partiuntur, ex quibus maior nascitur vbertas, & ratiocinandi facultas promptior. Aliæ causæ superiores, aliæ primariæ, aliæ adiuuantes. Aliæ naturales, aliæ morales, aliæ artificiales. Aliæ procreantes, aliæ conseruantes, aliæ in-

terimentes, & tot nomina, quæ enucleatius exquirunt Physici. Inter causas superiores efficientes, Prima est Deus, à quo graues saepe desumuntur amplificationes, qualis est illa D. Gregorij Nazianzeni, vbi per longam effectorum enumerationem, Deum primam, & nobilitissimam causam causatarum colligit.

Τὸν ἀνακτα, ἢ δεσποτία,

Δι ὃν ὕμνος, Δι ὃν αἶνος,

Δι ὃν ἀγγέλων χοροίαι,

Δι ὃν αἰῶνος ἄπαντες,

Δι ὃν ἥλιος προλάμπαει,

Δι ὃν ὁ δρόμος σελήνης,

Δι ὃν ἄστρον μέγα κάλλος

Δι ὃν ἀέθραπος ὀσεμνός

Ελάχεν νοεῖν τὸ θεῖον,

Λογικὸν ζῶον ὁπάρχου.

Σὺ γὰρ ἐτίσας τὰ πάντα

Παρέχων τὰ ζῶ ἐκάστω.

Regem, Dominum.

Per quem hymni, per quem laudes,

Per quem Angelorum chorea,

per quem secula æterna,

Per quem cursus Luna

Per quem siderum ingens ornatu,

Per quem homo grauis

Sortitus est intelligere diuina.

Rationale animal existens.

Tu enim condidisti uniuersum

Tribuens summi cuique locum.

Hunc fatum, prouidentiam, naturam, per sepe Philosophi Ethnici nominant, ut author est Seneca. Vis illum fatum vocare non errabis. Hic est ex quo suspensa sunt omnia, ex quo omnes causæ causatarum. Vis illum prouidentiam dicere: recte dices. Est enim cuius consilio huic mundo prouidetur, ut inconcussus eat, & actus suos explicet. Vis illum naturam vocare: non peccabis, est enim ex quo nata sunt omnia, cuius spiritu viuimus. Familiare est Oratoribus in eum omnium, quæ recte geruntur in vitâ causas referre, contra, tristes etiam euentus eidem in scelereum vltionem assignare. Hoc Cicero, & Demosthenes saepe faciunt, tum ad excitandos, tum ad leniendos hominum animos, qui numine velut omnium potentissima causa facilius reguntur. Alij porro fatum à Deo discernentes, alteram, & proximam

Deum causam causatarum, cuius primus est v-

Seneca in proem. re-tum nat.

Fatum eorum saepe ab oratoribus inter causas allegata. Cicero l. 4. diuers. A. stolog. Demost. de corona.

